



ff. 11.

Signatus Stoll - Wern.:
yc 21.

IN AVSPICATISSIMO
 VIRI SUMME VENERABILIS, AMPLIS-
 SIMI, DOCTISSIMI,

JOANNIS GODOFREDI
 LVDOVICI EBELING,

COENOBII B. MAR. VIRGINIS PRAE-
 SVLIS MERITISSIMI,

CONNVBIO

CVM

VIRGINE GENEROSISSIMA,
 LECTISSIMAQVE

DOROTHEA JOANNA
 A WINDHEIM,

VIRI ILLVSTRIS AC GENEROSISSIMI
 RVDOLFI AVG. A WINDHEIM,

HAEREDITARII AC DYNASTAE IN
 TIMMENRODA CÆT.

A. D. XXVI. NOV. MDCCXXXVIII.

REGE CLEMENTISSIME ADNVENTE
 IN TIMMENRODA SOLEMNI RITV CELEBRANDO,
 PIETATEM DEVOTISSIMAM

SPONSO REVERENDISSIMO

TESTATAM FACERE DEBVERVNT


JOANNES SAMVEL ABRAHAM FABRICIVS,
 PAST. SCHOENEBECCENSIS,

ET

JOANNES ANDREAS LVTTEROD,
 PASTOR SALBECCENSIS.

MAGDEBVRGI,

LITTERIS GABRIELIS Gotthilf FABRI, PRIVIL. TYPOGR.



Qualis in coeno latitans egeni
Nata, lethali lacerata plaga,
Vestibus plane spoliata, lugens
Fata peroptat;

Talis humanæ miseranda turba
Gentis, a prisco vacuæ nitore,
Quid? quod enervis, gemitus frequentat
Pectore ab imo.

Pessimo nisu sociale foedus
Contrahit regni Stygii tyranno,
Illico squalor miseros sodales
Luridus ambit.

Nec tamen Christus, soboles benigna
Patris æterni, dubitat relicto,
Diva quem sedes tribuit, decore
Quærere sponsam

Tot probris tectam: superat stupendos,
Quos Jacob quondam subiit labores,
Quosque Phryxæum cumulavit aurum:
Omnia tentat.

Flagitat Numen geniti cruïorem,
Poena, quam infelix meruit caterva,
Fluctuum ritu tegit innocentis
Impigra terga.

Supplicans patri gelidus tremiscit,
Sentit irati gravidam pharetram,
Nec timet cunctas tolerare plagas,
Quos ciet ipsa

Sponsa: sexcentos hominum cachinnos,
Foetidam turbæ rabidæ salivam,
Carduos ipsos rigidumque lignum
Sustulit insons.

Vincla sic rupit redimenda sponsa,
Facta libertas focii fovendi,
Ipsa sed spernit stolido sopore
Splendida regna.

Inde persistit medias amator,
Quæ tenent sponsam, subeundo moles,
Subdolos hostes minuit virilis
Herculis ulna.

Nil amans demum studii reliquit,
Nil ad ornandam faciens amatam,
Vestium fane cumulum superbum
Reddidit ipsi.

Has *Tuo* flammæ, *Venerande Præsul*,
Gaudio dignas thalamo precamur,
Queis inexhaustis hymenæa tractans,
Sponse, fruaris.

Quam toro jungis *Tibi*, perdecoram
Virginem Numen jubeat perennem
Esse curarum sociam & laborum
Dulce levamen.

Quælibet tandem species salutis
In *Tuam* larga pluvia redundet
Splendidam fane nitidamque *Sponsam*.
Plura tacemus.



10.0292

30. Nov. 1992

78 M 387



50

148 = Handschrift
258 = "

11x

Rehov

2
2

IN AVSPICATISSIMO
VIRI SVMME VENERABILIS, AMPLIS
SIMI, DOCTISSIMI,

JOANNIS GODOFREDI
LVDOVICI EBELING,

COENOBII B. MAR. VIRGINIS PRAE-
SVLIS MERITISSIMI,

CONNVBIO

CVM

NE GENEROSISSIMA,
LECTISSIMAQVE

OTHEA JOANNA
WINDHEIM,

LVSTRIS AC GENEROSISSIMI
I AVG. A WINDHEIM,

ITARII AC DYNASTAE IN
TIMMENRODA CÆT.

XXVI. NOV. MDCCXXXVIII.

MENTISSIME ADNVENTE
RODA SOLEMNI RITV CELEBRANDO,
IETATEM DEVOTISSIMAM

REVERENDISSIMO

STATAM FACERE DEBVERVNT

AMVEL ABRAHAM FABRICIVS,
AST. SCHOENEBECCENSIS,

ET

ES ANDREAS LVTTEROD,
PASTOR SALBECCENSIS.

MAGDEBVRGI,

CHERIELIS Gotthilf FABRI, PRIVIL. TYPOGR.

